

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

Valiero, Agostino

Coloniae, 1582

De libera voce, & de exclamatione. Cap. XXXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69050)

ybi quæ agenda sunt Christiano, docuerit, explicans Eu-
angelium aut Epistolam, poterit dicere: Utinam saperes,
utinam intelligeres, utinam nouissima præuideres, utinam
tibi attenderes, utinam Dei voces audires, & vnam, aut
harum duas, quas dicimus optationes, poterit pluribus
verbis explicare.

De libera voce, & de exclamatione.

Cap. XXXVIII.

LIBERAM vocem protulit Gregorius Nazianz. Lin laudibus Cæsarij, cùm dixit: Meum munus est o-
ratio, quam etiam fortassis posteritas exceptura est, nun-
quam inter morientem, nec eum, qui ex hac vita migra-
uit, prorsus abire sinentem, verum in auribus animisq; ho-
minum, quem ornandum suscepit, semper conseruan-
tem; eiusq; qui desideratur, imaginem expressius, quam
in tabula proponetem. liberam interdum vocem profer-
re poterit Ecclesiasticus orator, raro tamen admodum,
verbicausa: Quid potui facere, fratres, & non feci? nun-
quam per multum tempus à vobis discessi, vobis sanctissi-
ma sacramenta ministravi, verbum Dei explicavi; pau-
peribus, quantum potui, opem tuli; paterno vos omnes a-
more dilexi; pro quibus rebus, quas gratias mihi habetis,
fratres? nihil profuit mea diligentia, obfuit potius qui-
busdam, qui me monente ferre nō possunt, & veluti phren-
netici, animarum suarum medicum auersantur. Sed ad-
hibenda est maxima cautio, nè hac figura nimium de-
lectari videatur Ecclesiasticus orator. Exclamatione v-
sus est Nazian. in Apologetico, cùm dixit: Ad peccatum
buiusq; medicos & de pulsores, frontem aperte perfica-

MWB

mus, nudo capite, vt est in prouerbio, in flagitium omne
prorumpentes; ô insignem stuporem, aut si quo alio no-
mine aptiore, huiusmodi affectus appellari potest; quosq;
vt præclarè de nobis meritos, amore prosequi decebat, eos
vt hostes vlciscimur. Idem in laudibus Heronis: Tandem
à vesano & impio magistratu correptus, ô nobilem cala-
mitatem, ô sacratua vulnera, virginis quidem, egregio tuo
corpo laceraris, sed ita tamen, vt non tuo supplicio, sed
alterius cuiusdam suppliujs, interesse videreris. Excla-
mabit interdùm Ecclesiasticus orator, O tempora, ô mo-
res, ô prauas cōsuetudines, ô peruersa hominum ingenia,
ô miserum seculum, ô calamitosam rempu Christianam.
Adhibebit tamen modum in exclamationibus, illasq; post
reprehensiones vitiorum, præsertim publicorum, colloca-
bit; verbi causa, si oppida, aut ciuitates cum episcopis suis
contendat, si non pareant sanctæ matri Ecclesiæ, si aliquo
publico peccato sint contaminatae: Sed suo loco adhibeantur
nam importunæ exclamationes, vt alio loco diximus,
authoritatem admunt dicenti.

De Communicatione, Interrogatione, quæ
premat, & de Ironia.

Cap. XXXIX.

CO M MUNICATIONIS exemplum est in
Actis Apostolorum, ybì legimus, Sítne magis homi-
nibus obtemperandum, quàm Deo, ipsi iudicate. Grego-
rius Nazian. in oratione de moderatione seruanda in di-
sputando: Vultis igitur, inquit, ipsi contentionis huiuscē
causam proferre, an mihi potius medici munere fun-
genti, eam exponendam, & emandandam relinquitis?

Elegan-